

Oa 95



# Städtisches Gymnasium zu Marienburg.

Zu der

15

Montag, den 8. April 1867

stattfindenden

## öffentlichen Prüfung aller Klassen

ladet

im Namen des Lehrer-Collegiums ein

**Dr. Fr. Strehlke,**

Gymnasial-Director.

### INHALT:

1. Wissenschaftliche Abhandlung vom Oberlehrer Dr. Botzon.
2. Schulnachrichten vom Director.

Danzig,

Druck von A. W. Kafemann.

1867.



# Städtisches Gymnasium zu Marienburg.

Zweiter

OPERA Monday den 8. April 1891

Verhandlung

## Öffentlichen Prüfung aller Klassen

1891

im Namen des Lehrer-Collegiums ein

Dr. Fr. Strahlke

### INHALT:

- I. Wissenschaftliche Abhandlung von Oberlehrer Dr. Holzer.
- II. Schularbeiten.

KSIAZHNICA MIEJSKA  
IM. KOPEENKA  
W TORUNIU

~~Handwritten mark~~  
AB 1688

Druck von A. W. Katsmann.

1891

# SOPHRONEORUM MIMORUM

reliquias

conquisiuit disposuit explanauit

Dr. Ludouicus Botzon.

Quum meae essent partes programma nostri gymnasii hoc anno edendum dissertatione praefandi, ut opus abhinc undecim annos Lycae inchoatum<sup>1)</sup> perficerem atque absoluerem, conquisitas Sophroneorum mimorum reliquias in lucem proferre in animum induxi. Quorum mimorum reliquiae quamquam a Valckenario magnam partem conlectae et ab Ahrensiio a mendis librariorum Doricae dialecti imperitorum sunt liberatae, tamen non uereor, ne opera denuo iis nauata inutilis uideatur atque superuacanea. Utilitatis enim aliquid iis poterat adferri duplici modo, quum quae exstant collectiones<sup>2)</sup> neque ita plenae essent atque absolutae, ut omnes a ueteribus scriptoribus traditas reliquias amplecterentur, neque ad eam et dispositionis et explanationis perfectionem, in qua possimus acquiescere, uiderentur esse adductae. Quae quum ita se habeant, ego primum omnes quotquot adhuc exstant reliquias conquisiui, conquisitas quatenus non emendatae erant correxi et explicaui ita, ut eas cum aliorum scriptorum et Graecorum et Romanorum sententiis compararem, tum quae nullius mimi nomine erant insignitae reliquias quantum fieri potuit in ordinem quandam redegii certamque in singulis mimis sedem iis assignaui. In componendis autem reliquiis eundem, quem undecim ante annis in describendis mimorum argumentis secutus sum ordinem, primum enim muliebrum, deinde uirilium mimorum, tum incertae sedis reliquias adieci, quibus quae fortasse Sophronis sunt addidi in appendice, quarum reliquiarum ab Ahrensiio neglectis asteriscum (\*), contra coniectura mimis muliebribus uel uirilibus a me adscriptis crucem (†), denique obelum (x) reliquiis aut sine nomine traditis

<sup>1)</sup> L. Botzon: De Sophrone et Xenarcho mimographis. Gymn.-Progr. Lycae. 1856 (42 pag.)

<sup>2)</sup> Sophronis reliquias aut tractarunt aut collegerunt:

Ahrens: De dialecto Dorica pag. 466 sqq.

Blomfield: Classical Journal T. IV. 1811 pag. 380 sqq.

Museum criticum Cantabrigiense T. II. 1821 p. 341—358; p. 559—569. (Hanc collectionem, quum in bibliothecis, quae mihi praesto erant, eam frustra quaererem, inspicere non potui.)

Huschke: De C. Annio Cimbro Lysidici filio. Rostochii 1824 pag. 59—70.

Valckenaer: Adnotationes in Adoniasusas Theocriti pag. 194 sqq.

memoriae aut ab aliis uel a me Sophroni tributis me addidisse animaduertere haud superuacaneum arbitror. In toto autem meo negotio si quis nimiam meam sit obiurgaturus breuiloquentiam Doricam, de ea expostulet, quaeso, cum huius oppidi patrum conscriptorum impensis typographicis anxie parsurorum parsimonia.

## A. Muliebrum mimorum reliquiae.

### a) **Mimorum certo nomine insignitorum reliquiae.**

#### I. *Ταὶ ἀκέστριαι.*

(De mimi argumento cf. dissertationem meam Lyceae 1856 editam pag. 5 sqq.)

1.

Etym. M. p. 773,54 Ἰστέον ὅτι τὰ συγκριτικὰ σχηματίζονται ἀπὸ τῶν ληγόντων εἰς ὦν ἢ εἰς ᾗς ἢ εἰς ὅς ἢ εἰς οὗς καὶ ταῦτα ἐὰν φυλάτῃ τριγένειαν διόπερ μεμνῆτον Σώφρονα λέγοντα

Φωρτάτους ἀεὶ καπήλους παρέχεται.

Hoc Sophronis fragmentum ad mimum *Ταὶ ἀκέστριαι* inscriptum esse referendum docent, ubi de significatione uocis *κάπηλος* disputant, auctor Etym. M. p. 490,10 (cf. Bekk. An. Gr. III. p. 1464 not.) et Suidas s. u. *κάπηλος*, quibuscum uerbis congruunt quae exstant in Crameri An. Ox. II. p. 456,4 et in An. Par. IV p. 24,30.

De coponibus et a Graecis et a Romanis male audientibus cf. Becker Charicl. 2,134 ed. II et Gall. 3,26 sq. ed. III.

#### II. *Ταὶ γυναῖκες αἰ τὰν θεὸν φαντὶ ἐξελάων.*

(De huius mimi et titulo et argumento cf. dissert. meam pag. 7 sqq.)

2.

Athen. XI 480 B. *Κναθὶς κοτυλῶδες ἀγγεῖον. Σώφρων ἐν τῷ ἐπιγραφόμενῳ μίμῳ Γυναῖκες κτλ.*

*ὑποκατώρυνται δ' ἐν κναθίδι τρικτὺς ἀλεξιφαρμάκων.*

Blomfieldius pro corrupta Athenaei Mss. uoce *τρικτοί* nixus in glossa Hesychiana *τριπτήρ* ἢ *τὴν σιαφυλὴν τρέβονσιν* et quod ueteres in incantationibus *φάρμακα* mortifera pinserent (cf. Theocr. 2,58) falso reponi iussit *τριπτήρ*. *Ἡ τριπτὺς* enim siue *ἡ τριπτῦα*, pro quibus Dorice dicebatur *τρικτὺς* siue *τρικτῦα*, erat, id quod ueterum auctorum testimoniis demonstrauit Boeckh ad C. J. T. I p. 811 sacrificium ex tribus hostiis, apro, hirco, ariete, uel apro, ariete, tauro uel ex bubus, capris, suibus masculis triennibus compositum.

† 3.

Ammon. de diff. uoc. p. 121 Valck. L. B. 1739 *Τὸ πεῖ τὴν ἐν τόπῳ σημασίαν δηλοῖ. Σώφρων πεῖ γὰρ ἄσφαλτος, ποῖος εἰλισκοπεῖται;*

Priora huius fragmenti uerba eaque meliora *πεῖ γὰρ ἄσφαλτος* exstant ap. Apollon. Dyscol. de aduerb. p. 542,31; 622,18; 625,9, postrema corrupta, ab Ahrensis non correcte, felici successu emendauit Blomfieldius:

*Πεῖ γὰρ ἄσφαλτος, πεῖ; ἄ δειλὰ σκόπει τυ.*

Faudent enim huic emendationi uerba Theocriti (2,19) *Θέστυλι, δειλαία, πᾶ τὰς φρένας ἐκπεποιάσαι*. Huic autem mimo ut insererem fragmentum commouerunt me cum uerba Theocriti (2,1) *πᾶ μοι ταὶ δάφναι, φέρε Θεστυλι, πᾶ δὲ τὰ φίλτρα*; a Simaetha in incantatione prolata, tum

bituminis in rebus magicis usus, de quo cf. Verg. Ecl. 8,22, Hor. Epod. 5,82, Claud. de VI. cons. Hon. 324 sqq.

† 4.

Etym. M. p. 443,52 *Θαύμακτρον παρὰ τὸ θαυμάζω· οὗ τὸν μέλλοντα οἱ Λαοιεῖς θαυμάζω λέγουσι Σώφρων*

*Φέρε τὸ θαύμακτρον, κάπιθυσιώμες.*

Haec uerba, cum non satis constet, quid ualeat uox *θαύμακτρον*, difficiles habent explicatus. Sunt quidem, qui similitudine uocum *δίδακτρον* et *μῆνιτρον* commoti, mercedem, *θαυματοποιοῖς* a populo datam, fuisse dictam *θαύμακτρον* putent (Casaubonus et Duport ad Theophrast. Char. 6 p. 62 et p. 309 ed. Needham. Cantabrig. 1712); at quid hoc loco, praesertim cum uoce *κάπιθυσιώμες* a uerbo *ἐπιθυσιάζειν* deriuanda, quam haud necessario Ahrensius in *κάπ' ἰθύς ἴωμες* mutasse mihi uidetur, coniuncta sibi uelit uox *θαύμακτρον* equidem non intellego *Θαύμακτρον* autem hoc loco a Sophrone dictum esse pro *θύμακτρον* siue *θυματήριον* recte contendit Blomfieldius, qui de totius fragmenti sententia conferri iussit uerba Theocriti (2,2) *στέψον τὰν κελέβαν φοινικέω οἷος ἀώτω*, quae ego conferrem cum sequenti huic mimo a me inserto fragmento.

† 5.

Athen. XI 479 B. *Λιόδωρος... τὴν κοτύλην καλεῖσθαι καὶ ἡμίαναν παρατιθέμενος..... Σώφρωνος.*

*Κατάστρεψον, τέκνον, τὰν ἡμίαναν.*

Eadem uerba prodidit memoriae Eustath. ad Jl. p. 1281,51. *Κατάστρεψον* tamen esse scribendum et apud eum et apud Athenaeum tum ex Theocriti uerbis supra laudatis, tum ex Aristophanis in Nubibus (cf. Athen. XI 479 C.) prolatis uerbis *μηδὲ στέψω κοτυλίσκον* ualde uerisimile est. — De hemina, dimidia parte sextarii, et ipsa Romanis scriptoribus cognita (Plaut. Mil. glor. 3,2,18, Pers. sat. 1,130) cf. Eustath. ad Od. p. 1753,8; Boeckh Metrologische Untersuchungen. p. 203.

✽ † 6.

Schol. Theocr. 2,12 *τὴν Ἐκάτην χθονίαν φασὶ θεὸν καὶ νεριτέρων πρῶταν κατὰ καὶ Σώφρων.* De Hecate *χθονία* cf. quos laudat Lauer System der griechischen Mythologie. Berlin 1853 p. 307.

✽ † 7.

Tzetz. ad Lycophr. 77 *Θύουσι δὲ αὐτῇ (sc. Hecatae) κύνα ὡς φησι Σώφρων ἐν μίμοις· ὁ γὰρ κύων βαῦξας λύει τὰ φάσματα ὡς καὶ χαλκὸς κροτηθεὶς εἶτε τι τοιοῦτον.*

Grysarum (De Sophrone mimographo. Coloniae 1838 p. 12), Huschkius (l. l. p. 68), Meinekius (Delect. poet. anthol. p. 135), Dindorfius (in Stephani Thes. s. u. *βαῦξω*) uerba *ὁ γὰρ κύων* — *φάσματα* Sophronea esse censuerunt, sed recte Blomfieldius, quem sequitur Ahrensius (l. l. p. 14), et metro uerborum et sequentibus uerbis commotus ea Tzetae non Sophronis uerba esse intellexit. Canes autem Hecatae esse immolatos docent Theocr. 2,12, Tibull 1,2,52, Hesych. s. u. *Ἐκάτης ἄγαλμα*, Eustath. ad Od. p. 1467, 35, cf. Lauer. l. l. p. 308.

† 8.

Cram. An. Ox. I p. 277,18 *Ἡ εὐθεῖα μέγαρον ὅπερ ἔλαβε καὶ τὴν εἰς ὅς κατάληξιν καὶ εἴρηται μέγαρος οὕτως καὶ μέγαρον μέγαρος. ζητεῖται τῷ παρὰ Σώφρονι.*

*Κύων πρὸ μεγαρέων ὑλακτέων.*

Hoc fragmentum fortasse potest coniungi cum antecedenti si de muliere mulieribus immolaturis canem iam adesse nunciante cogitas. Alio sensu Vergilius (Ecl. 8,107) dixit „et Hylax in limine latrat.“ De Doriensium declinatione uocis *μέγαρον* cf. Ahrens p. 387.

Stob. Ecl. phys. I, 50 (T. I p. 308 Mein.) Γοργύραν δὲ τοῦ Ἀχέροντος γυναῖκα προσανέπλεσαν [Apollod. 1,5,3] ἀπὸ τοῦ γοργὰ φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς τὰ ἐν Αἰδου καθὸ δὴ καὶ αὐτοῦ τούτου τιθῆναι ὁ Σώφρων Μορμολύκαν ὠνόμασε.

De hoc fragmento et de uoce μορμολύκα cf. Blomfield l. l. p. 389.

† 10.

Athen. III 110 C Οἶδα οὐ Ἀτικοὶ μὲν διὰ τοῦ ῥ στοιχείου λέγουσι καὶ κρίζανον καὶ κριβανίτην, Ἡρόδοτος δὲ ἐν δευτέρῳ [cap. 92] ἔφη. Κλιβάνῳ διαφανεῖ· καὶ Σώφρων·

Τὶς σταυίτις ἢ κλιβανίτις ἢ ἡμιάρτια πέσσει.

De uocibus κρίζανος, κλιβανος, κριβανίτης, κλιβανίτης multi et ueteres auctores disputauerunt. Sunt qui Atticum esse κρίζανος (Photius, Phrynichus, Thomas Magister), κλιβανος Doricum esse contenderunt (Etym. M. p. 538,18, Choeroboscus in Cram. An. Ox. 2,226,26). Nostrae aetatis uiri doctissimi quatenam forma Attica, quatenam sit agnoscenda Dorica, ualde inter sese dissentiunt. Alii enim κρίζανος ab Atticis, non a Doribus (Meineke Fragm. com. gr. II, 2 p. 702), alii κρίζανος a Doribus dictum esse putant (Lobeck ad Phryn. p. 179, Ahrens l. l. p. 108). Equidem Atticos dixisse κρίζανος habeo persuasum, contra apud Dores quum Athenaeus et κριβανίτις et κλιβανίτις attulerit ex Sophrone et Epicharmo utramque formam arbitror fuisse in usu. De significatione uocum cf. Schol. Aristoph. Ach. 86. Boeckh C. J. I n. 606. De Dorico autem pane, qui ex crassiore farina coquebatur et grandior erat, quam ceteri Graeci fingere solebant panem cf. O. Mueller Dorer II p. 275 ed. II et de σταυίτις placentis triticeis cf. Athen. XIV 646 B.

† 11.

Athen. III 110 C Ἐπίχαμος . . . ἄριον ἐκίθεται γένη κριβανίτην, ὄμορον, σταυίτην, . . . ἡμιάρτιον· ὃν καὶ Σώφρων ἐν γυναικείοις μίμοις μνημονεύει λέγων·

Δεῖπνον ταῖς θεαίαις κριβανίτας καὶ ὄμορον καὶ ἡμιάρτιον Ἐκάτα.

Ahrensius, qui Sophroneum mimum Mulieres epulantes inscriptum finxit, uocem θεαίαις de amitis non de deabus dictam esse censuit et pro Ἐκάτα propter singularem ἡμιάρτιον legi iussit ἐκάσις. Neque tamen illa explicatione neque emendatione opus esse mihi uidetur. In magicis enim rebus Hecata excepta etiam Selenen Dianamque inuocasse ueteres satis constat cf. Theocr. 2,10. Ἡμιάρτιον teste Hesychio uocabant ueteres εἶδος ἄριον ἡμικνῶδες.

† 12.

Athen. III 110 C. Ὁ δ' αὐτὸς (sc. Sophron) μνημονεύει καὶ πλακίτα τινὸς ἄριον ἐν γυναικείοις·

Εἰς νύκτα μ' ἰστιάσειν ἄριον πλακίτα.

Corruptam Athenaei librorum mss. lectionem μ' ἔσσις σὺν ἄριον correxit Meinekius scribens μ' ἔσσιάσειν, quod ego, ut δωρικώτερον sonaret fragmentum, quia auctore Eustathio (ad Od. p. 1579,48) Dores ἰστιῶν dicebant, mutauit in ἰσιάσειν.

† 13.

Athen. VII 324 F ubi de τρίγλαις disputauit, postquam uarias Sophronis attulit reliquias, dixit καὶ τοῖς γυναικείοις δ' ἔφη·

Τρίγλαν γενεᾶτιν.

Quum idem Athenaeus paullo post p. 325 B. memoriae prodiderit teste Apollodoro Hecatae sacrificari mullum (cf. O. Mueller Kl. Schr. I, 459), ego huic mimo illud fragmentum

inserui. Mullos, praecipue barbatos, quos aliis putabant dulciores, et Graecis et Romanis fuisse in deliciis inter omnes constat cf. Teuffel in Pauly Realencycl. V p. 191.

† 14.

Schol. Nic. Ther. 861 *Μέμνηται δὲ (τῆς ῥάμνον) καὶ Σώφρων*:

*Ἄει δὲ πρόσω φύλλα ῥάμνον κραστιζόμεθα.*

Non modo uocabulum *πρόσω*, sed etiam uerbum *κραστιζόμεθα* cum de pabulo diceretur (Etym. M. p. 535,23) hoc loco esse corrupta nemo non uidet. Ahrensius praeunte Blomfieldio et comprobante Bussemakero (Annot. ad Schol. Nic. I. I. p. 409) legi iussit *πρὸ-ἀκρατιζόμεθα*, praeter necessitatem autem correxit *φύλλοις, ἀκρατίζεσθαι* enim aeque ac *σιπείσθαι* coniungitur cum accusatiuo (cf. Aristoph. ap. Poll. 6,24). De rhamno cf. Schol. Nic. Ther. 630.631; Athen. 14,651 D et de eius in rebus magicis usu Phot. s. u.

† 15.

Etym. M. p. 718,2 *Σκιρωθῆναι φασιν ἐπὶ τοῦ ἔντοῦ σφόδρα ἐμμένοντος καὶ δυσεκπλίτου. Σώφρων ἐν τοῖς γυναικείοις τροπικῶς*.

*Πρὶν αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὸν μυελὸν σκιρωθῆναι.*

Hoc fragmentum propter uerba Theocriti (2,26) *οὔτω τοι καὶ Δέλφεις ἐνὶ φλογὶ σάρξ ἀμαθύνου* huic mimo inserere placuit. Eadem fere ratione locuti sunt Euripides (Hippolyt. 255), Alciphron (I, 23), Vergilius (Aen. 4,66), Catullus (35,14).

### III. *Τὰ θάμναι τὰ Ἴσθμια.*

(De huius mimi et nomine et argumento cf. dissertat. meam pag. 9 sqq. In componendis autem reliquiis, cum nullum exstet fragmentum planis uerbis huic mimo a ueteribus scriptoribus tributum, recurri ad Theocriti Adoniazusas et praeunte Grysaro Theocriteorum uerborum quantum fieri potuit secutus sum ordinem).

† 16.

Cram. An. Ox. IV p. 413,20 *Τὸ δὲ ὄψει ὅπερ σημαίνει τὸ ἐπιθυμίαν ἔχω θεωρῆσαι ὀφείλει εἶναι ἐν τῷ παραταικῷ ὄψειον διὰ τῆς εἰ διφθόγγου· ἐπειδὴ ὁ ἐνεσιῶς διὰ τῆς εἰ διφθόγγου ἔχει τὴν παραλήγουσαν ἐγένετο ὄψειον παρὰ Σώφρωνι κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ἰ· οἶον*.

*Ἐγὼν δέ τοι καὶ πάλαι ὄψειον.*

Eadem Sophronis uerba, ubi de Doriensium forma *ἐγὼν* disputauit, memoriae prodidit Apollonius Dyscolus de pron. p. 63 B, ubi Bekkerus contra codd. auctoritatem falso scripsit *ὄψειον* cf. Ahrens p. 187 sqq.; Meineke Fr. com. gr. II, 1 p. 273. Praeclare Sophronea uerba conueniunt cum Theocriteis 15,2 *θαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦνθες*.

✕ † 17.

Etym. M. p. 287,50 *Δρίφος Συρακούσιοι· Φέρ' ὃ τὸν δρίφον· δρίφορος γὰρ καὶ δίφρος*. — Haec uerba praeuntibus Valckenario, Blomfieldio, Grysaro, Ahrensi et Sophroni tribuenda et huic mimo inserenda esse propter Theocriti uerba 15,2 *ὄρη δίφρον Εὐνόα αὐτῆ* sum arbitratus. De uoce *δρίφος* cf. Herodian de soloecismis in Boissonadii. An. Gr. III. p. 261.

† 18.

Apollon. Dysc. de pron. p. 83 *Ἐμέθεν. πικρῶς αἱ χρήσεις παρ' Αἰολεῦσιν ἀλλὰ καὶ παρὰ Συρακουσίοις. Σώφρων γυναικείοις*.

*Ἔτι μεθ' ἐν ἁ καρδία παδῆ.*

Non assentiente Grysaro huc retuli fragmentum Theocriteis uerbis commotus (15,4) *ὃ τᾶς*

ἀδαράτω ψυχᾶς μόλις ἔμιν ἐσώθη. De elocutione καρδία πηδᾶ similibusque cf. Intpp. ad Aristoph. Nub. 1373, Jahn ad Pers. 3,11, Achill. Tat. 5,27, Abresch ad Aristaen. 2,5.

† 19.

Athen. VI. 220 F Σώφρων ἐν γυναικείοις μίμοις φησί

Τῶν δὲ χαλκωμάτων καὶ τῶν ἀργυρωμάτων ἐγάργαιρεν ἅ οἰκία.

Idem fragmentum, quod ductus Theocriti uerbis (15,22 sqq.) huc retuli, laudant Schol. Aristoph. Ach. 3 et Suidas s. u. ψαμμακοσιογάογα. Similiter dixit Bacchylides (fr. 26 pag. 40 Neue) χρυσῶ δ' ἐλέφαντί τε μαρμαίροισιν οἴκοι et paullo aliter Horatius Carm. II. 18,1.

† 20.

Athen. IX 380 E de uoce παραφέρειν disserens Σώφρων ait δ' ἐν γυναικείοις κατὰ κοινότερον κέχρηται λέγων

Παράφερε, Καικόα, τὸν σκύφον μεστόν.

Fortasse τὸ σκύφος scribendum est, quum inde ab Epicharmo (cf. Polmann p. 49) neutri generis forma apud antiquos quin etiam apud Atticos fuerit in usu auctore Athenaeo XI. 498 E. De sententia conferri iussit Grysarus p. 8 Theocriti uerba 2, 16—20; rectius tamen fortasse et haec et duorum sequentium reliquiarum uerba cum Theocriti uerbis 15,27 sqq. prolatis possunt comparari.

✕ † 21.

Etym. Gud. p. 228,17. Οἱ Ἄτικοι εἰς μὴ χηρήσονται τῇ θι καταλήξει χρωῶνται τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν παραταικῶν ἐν προστακτικοῖς ὡς ἐπίμπλην, ἐπίμπλης, ἐπίμπλη, πίμπλα ὅτι τὰ τοιαῦτα καὶ Ἄωρικά εἰσιν· οἱ γὰρ Ἄωριεῖς πίμπλη καὶ κόα.

Eadem uerba tradidit auctor Etym. M. p. 478,13, ubi recte legitur Πίμπλη Καικόα. Sophroni tribui hoc frustulum antecedenti fragmento commotus. De uerbis πιμπλάναι et πιμπράναι apud Dores ἢ seruantibus cf. Ahrens p. 131.

† 22.

Athen II 44 B Ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος οἱ παλαιοὶ ἔτατον τὸ ἄκρατον. Σώφρων

Ὑδωρ ἄκρατον εἰς τὰν κύλικα.

† 23.

Athen. IX 409 A Παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστον καὶ δείπνον λέγεσθαι κατὰ χειρός, τὸ δὲ μετὰ τοῦτ' ἀπονύφασθαι. Καὶ Σώφρων ἐν γυναικείοις

Τάλαινα Καικόα κατὰ χειρός δοῦσα ἀπόδος πόχ' ἄμιν τὰν τράπεζαν.

Scripsi ἄμιν pro Athenaei librorum mss. editorumque ἄμιν, quod Dores ubi erat uox ὀρθοτονουμένη ἄμιν, ubi erat in enclisi scribebant ἄμιν cf. Ahrens p. 259.

† 24.

Apoll. Dyscol. de pron. p. 122 A. Ὑμῶν αὐτῆ κοινῇ καὶ Ἄωριέων .... πάλιν δὲ ἐν διαίρεσει διαφέρει ἢ πρωτόντος. Σώφρων

Ὑμέων γὰρ ἀπρὶξ ἔχονται.

Ad hunc mimum ut referrem fragmentum impulerunt me duce Grysaro quae bene cum iis consentiunt uerba Theocriti 15,68 πᾶσαι ἄμ' εἰσένθωμες ἀπρὶξ ἔχεν, Ἐννόα, ἄμῶν. De uocis ἀπρὶξ origine et significatione cf. Ellendt Lex. Soph. s. u., cui addas Helladium in Photii biblioth. cod. 279 T. II. p. 532<sup>b</sup> Bekk. De elocutione ἀπρὶξ ἔχεσθαι, non additis uocibus χερὶ siue χερσίν, cf. Soph. fr. 325 Dind. Luc. Nocyom. 5. Alciphr. 3,54.



† 25.

Apoll. Dysc. de pron. p. 99 Α Τῆς ἐκείνος καὶ οὗτος αἱ γενικαὶ παρὰ Λωριεῦσι διὰ τοῦ ω τήνω καὶ τούτω τοῦ τέλους βαρυντομένον πρὸς οἷς καὶ τὸ τονιῶ περισπώμενον ἐπιρρήματός ἐστι παραστατικόν. Σώφρων

Τουτιῶ θάμεθα.

Eadem uerba neglecto Sophronis nomine protulit idem Apollonius de aduerb. p. 604,7 et p. 623,1. Valckenarius, cui assentiuntur Koenius ad Greg. Cor. p. 142 Schaef. et Sturzius (Graec. ling. dial. ed. Maittaire p. 553 not 4) legit τούτω ut sit ἐντεῦθεν, at falli eum docent ipsa Apollonii uerba clare inter utramque uocem distinguunt, τούτω enim genetius doricus est pro τούτων, contra τονιῶ doricum est aduerbium. His uerbis ad quae referenda fortasse sunt Theocritea 15,73 θάρσει, γύναι ἐν καλῷ εἶμες usae sunt fortasse mulieres illae Melicertae sacrificium spectantes postquam effugerunt plebis concursum bonamque sedem sunt nactae.

† 26.

Athen. II. 48 C Σώφρων στρουθωτὰ ἐλίγματα φησι ἐντετημημένα. Praeclare conuenire cum his mihi uidentur uerba Theocriti 15,78—81.

IV. Ἀνυμοπόνοσ.

(De huius mimi argumento cf. dissertat. meam p. 12 sq.)

27. 28.

Athen. VIII. 362 C Καὶ Σώφρων δ' ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Νυμοπόνοσ φησί  
Κῆπειτα λαβὼν προῆχε, τοὶ δ' ἐβάλλιζον.

καὶ πάλιν

Βαλλίζοντες τὸν θάλαμον σκάτους ἐνέπλησαν.

Ad alterius harum reliquiarum uerbum βαλλίζειν respexit procul dubio qui in Cram. An. Ox. I p. 166,31 protulit τὸ βαλλίζω παρὰ Σώφρωνι. In secundo fragmento uix bene scripsisse mihi uidetur Ahrensius σκατός. Praecepit quidem Phrynichus p. 293 ἀμαρτάνοντες οἱ πολλοὶ τὴν μὲν ὀρθὴν τὸ σκάτος ποιοῦσι, τὴν δὲ γενικὴν σὺν τῷ ὦ τοῦ σκάτους, Sophronem tamen, quippe amantem soloecismorum de industria dixisse σκάτους mihi uidetur ualde uerisimile.

29.

Poll. X. 107 coll. VI 90. Καὶ παιάνη δὲ καὶ παιάνιον τὸ ἐκπέταλον λοπάδιον ὃ τινες καλοῦσι παιτέλλιον, ἣ μὲν παιάνη Σώφρονος εἰπόντιός ἐν Νυμοπόνοσ

Πάτανα αὐτοποίητος.

Vocem πάτανα Siceliotas e Latina patina fecisse quis est qui neget cf. Ahrens p. 393.

† 30.

Demetr. de elocut. § 147 de παραβολῇ disputans: Σώφρων δὲ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ὁμοίου εἶδους φησί

Θᾶσαι ὄσα φύλλα καὶ κάρφεια τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι οἶόν περ φαντί,  
φίλα, τοὺς Τρωᾶς τὸν Αἴαντα τῷ παλῷ.

De explicatione huius fragmenti cf. Lobeck ad Soph. Aiac. 863.

\* † 31.

Schol. Eur. Adrom. 166 Σαίρειν: κατασιέλλειν, παρὰ τὸ σάρον ὡς παρὰ Σώφρωνι

Τὸ σάρον ἄνελε.

Ad Sophroneum uocabulum σάρον respexit Hesych. s. u. De uocis σάρον, pro qua dicendum

esse κόρημα praeceperunt ueteres (Phryn. p. 83, Schol. Aristoph. Pac. 59, Etym. M. 529,45) uariis notionibus cf. Spanheim ad Callim. hymn. in Del. 225, Hemsterh. ad Luc. Tim. T. I, p. 145; Intpp. ad Poll. 6, 94; 10,29.

V. Ἄ πενθερά.

(De mimi argumento cf. dissertat. meam p. 14).

32.

Athen. III 110 D (Eustath. ad Jl. p. 975,50) Καὶ τρωῶντιος δ' ἄρτον μνημονεὺν ὁ Σώφρων ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Πενθερᾷ οὕτως·

Συμβουλεύω τ' ἐμπαγεῖν· ἄρτον γὰρ τις τρωῶντα τοῖς παιδίοις ἴαλε.

In ineptam Touprii emendationem (Add. ad Theocr. 1,58) σὺν ἀλί pro ἴαλε, de qua forma cf. Ahrens p. 130, iure inuectus est Heindorf ad Theocr. 1,58. De caso Siculo quem in deliciis habebant Syracusani cf. dissert. meae p. 14 not. 1).

b) Mimorum certum nomen non prae se ferentium reliquiae.

33.

Athen. III 87 A Τὰς δὲ κόγχας ἔστιν εὐρεῖν καὶ θηλεκῶς καὶ ἀρσενικῶς .... καὶ Σώφρων γυναικείοις·

Αἶ γὰ μὰν κόγχαι ὡσπερ αἶ κ' ἐξ ἑνὸς κελεύματος κεχάναντι ἀμὴν πᾶσαι, τὸ δὲ κρηῆς ἐκάστας ἐξέχει.

Priora huius fragmenti uerba quamuis corrupta exstant in Etym. M p. 502,29. De elocutione ἐξ ἑνὸς κελεύματος eiusque similibus cf. Intpp. ad Alciphr. 1,22, quibus addas Polyae. 5,2,1; Herodian. 4,11; Achill. Tat. 3,15; 4,13, Abresch. Lect. Aristaen. p. 41 et de scriptura uocis κέλευμα cf. Lobeck ad Soph. Ai. p. 323 ed. II. Ceterum κρηῆς Dorice dictum esse pro κρέας non est quod doceam cf. Theocr. 1,6; Aristoph. Ach. 794.

34.

Athen. III 106 D Κοριίδας δὲ τὰς καρίδας εἶρηκε Σώφρων ἐν γυναικείοις οὕτως·

Ἴδε καλᾶν κοριίδων ἴδε καμμόρων, ἴδε φίλα, θᾶσαι μὰν ὡς ἐρυθραὶ τ' ἐντὶ καὶ λειοτριχιῶσαι.

Huc sine dubio referenda sunt Athenaei uerba (7,306 C) καμμόρων καὶ Σώφρων ἐν γυναικείοις μίμοις μέμνηται. ἔστι δὲ καρίδων γένος. Germanice uertit hoc fragmentum Finkenstein Arethusa T. I. p. 19 not. Pro λειοτριχιῶσαι ab omnibus codd. defenso et bene quadrante in pisces Ahrensius legi iussit λειοστρακιῶσαι quod an Graecum uerbum sit dubito. Λειόστρακος quidem uox exstat ap. Aristotelem H. A. 4,4, λειοστρακιῶν uerbum nusquam legisse memini.

35.

Apoll. Dysc. de pron. p. 127 A Ἀμὲ Δωριεῖς. Σώφρων γυναικείοις·

Ἄ δ' ἄρ' ἀμ' ἐλωβῆτο.

De dorica contractione literarum αἶ in ἦ cf. Greg. Cor. p. 228, p. 234 Schaef. et Ahrens p. 194 not. 1.

36.

Poll. IV. 174. Οἱ γὰρ Δωριεῖς ποιητὰι λίτραν ποτὲ μὲν νόμισμά τι λεπτὸν λέγουσιν οἶον ὅταν Σώφρων ἐν τοῖς γυναικείοις μίμοις λέγῃ ὅτι·

Ὁ μίσθος δεκάλιτρος.

Bentleio Opusc. p. 413 scribendum esse placuit *δέκα λιτρῶν* uel *λιτρῶν*. Neque tamen Pollucis codd. mutant aliquid, neque opus est uerbis mutatione. Similiter enim dixit Epicharmus fr. 1 p. 4 Polman *δεκάλιτρος στατήρ*. De notione uocis *δεκάλιτρος* cf. Hultsch Metrolog. p. 260. 291.

• 37.

Poll. X75 *Καὶ βαίτας δὲ τὰς τῶν ἀγροίκων διαφθέρας ἐν τοῖς γυναικείοις μίμοις ὁ Σώφρων ἐκάλεσεν. Βαίτην* uocabant ueteres uestem e pellibus fabrefactam eamque saepenumero eandem quam *σίσηραν* uestimentum e pellibus caprinis factum (Schol. Aristoph. Ran. 1495) esse putabant (Schol. Aristoph. Vesp. 738. 1138; Au. 122). Rusticos autem pellibus indutos opus fecisse, unde in scaena quoque *διαφθερίαι* siue *ὑποδιαφθεροί* apparebant cf. Poll. 4,119, edocet nos Lucianus Timon cap. 6. cf. Duport ad Theophr. Charact. 4, Boettiger Opusc. p. 225 not.).

† 38.

Athen III 86 D ubi de conchis earumque generibus loquitur: *Σώφρων δ' ἐν μίμοις*

*Τίνες δὲ ἐντὶ ποκά, φίλα, ταῖδε ταὶ μακρὰὶ κόγχαι;*

*Σωλῆνές θ' ἦν τοῦτοί γα γλυκύνκρεον κογχύλιον, χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμα.*

Postrema huius fragmenti, quod Germanice uertit Finkenstein *Arethusa* (T. I. p. 18 not.), uerba, quorum simillima sunt Axionici illa *λιχνῶν ἀνδρῶν ἀγάπημα φέρω κατ' ὄμων* (Athen. 8,342 B), prodidit memoriae Demetr. de elocut. § 151. Obscenam quandam allegoriam inesse in his uerbis in dissertatione mea pag. 22 demonstravi, quae allegoria in iis abdita ut sentiatur *ποκά* a Sophrone esse dictum ironice, de qua notione cf. Intpp. ad Theocr. 4,7; 5,5, iuuat commemorare.

† 39. 40. 41.

Etym. M. p. 774,41 *Ζητεῖται τὸ παρὰ Σώφρωνος Ὑγιώτερον κολοκύντας. πῶς οὐ λέγει ὑγιέστερον; ζητεῖον οὐδὲν οὐ ἔχοντὶ ἡμαρτε τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἐρηνηείας μιμησάμενος· ὃν τρόπον ἐσολοίζισε Τατώμενα τοῦ κισῶνος ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρα θείεις· ὁ τόκος νιν ἀλιφθερώκει.* Verba *ὑγιώτερον κολοκύντας* fortasse ex Epicharmeis (fr. 53 p. 101 Polman) *ὑγιέστερον τῆν' ἐντὶ κολοκύντας πολὺ* in rem suam conuertit Sophron. In multis autem et uariis prouerbiis uocem *κολοκύντη* (cuius de scriptura cf. Lobeck ad Phryn. p. 473) adhibitam esse e ueterum auctorum locis probauit Erasmus Chil. adag. III. 1,77 p. 606 sq. 1). De rara forma *ὑγιώτερος* cf. Nauck ad Aristoph. Byz. fragm. 298 p. 46 et in Schneidewini Philolog. IV. p. 199 not. 1).

Aliarum quas attulit Etym. M. auctor reliquiarum uariae sunt doctorum uirorum explicationes, quas enumerare omnes et longum est et superuacaneum. Valckenarius cui assentitur Bast ad Greg. Cor. p. 343 not. ....) duo illa fragmenta unum legi iussit *τατωμένα τοῦ κισῶνος (ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρα θείσαι) ὁ τόκος νιν ἀλιφθερώκει.* „Tunica priuatam usura pessum dederat.“ Contra Huschkins (l. l. p. 65) nixus in uerbis Aristophaneis Plut. 450 *ποῖαν ἀσπίδα οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἢ μαρωιάτη* Valckenarii sententiam non plane reiiciens scribendum esse censuit *τατωμένα τοῦ κισῶνος ἀντὶ τ' ἐνέχυρα θείσαι ὁ τόκος νιν ἀλιφθερώκει.* Cum autem in hanc explicationem, quod effugit prorsus illos uiros, uox *νιν* dorice positam pro uoce *αὐτήν* omnino non quadret duce Ahrensio duo diuersa fragmenta prodita esse memoriae arbitror, quae legenda esse censeo:

*Τατωμένα τοῦ κισῶνος et*

*Ἐνεχυρασθείεις ὁ τόκος νιν ἀλιφθερώκει.*

In primo fragmento e Siculorum more (cf. Greg. Cor. p. 341; Ahrens p. 82) uoces *κισῶνος*

<sup>1)</sup> Erasmus editione usus sum ea, quae una cum Hadriani Iunii et Manutii adagiis prodiit Parisiis 1572 fol., ad quam editionem saepius a me laudandam semel reuocaturus sum lectores.

pro χιτῶνος et Dorice τατωμένα pro τητωμένη, quod coniungitur cum genetiuo (Pind. Nem. 10,146), sunt positae. De alterius fragmenti sententia cf. Aristoph. Nub. 240 sq. et de notione uocis ἀλιφθερώσαι, unde ἀλιφθερώκει perfectum cum praesentis terminatione (Ahrens p. 329) finxit Sophron cf. Schmidt ad Hesych. s. u., cui addas Huschke Analect. crit. p. 115.

\* † 42.

Cram. An. Par. IV, 179,16 Ἀλειωρ: τὰ ἀπὸ πυρῶν ἄλευρα, τὰ δὲ ἀπὸ κριθῆς ἄλφια, ἔνθεν καὶ τὸ ἀλέσαι. ἢ ἀλέα γὰρ καὶ ἄλετα, ἔνθεν ὁ μιμογράφος ἔπαιξεν

Ἄλλ' ἀμφάλιτα κνπτάζει.

† 43.

Schol. Aristoph. Ach. 263 Περισπωμένως δὲ τὸ Φαλῆς ἀναγνωστέον ὡς Ἐρμῆς οὕτως δὲ Ἀτικοί. παρὰ Λωριεῦσι δὲ βαρυντόνως Ὅδ' αὖ Φάλης κατακνπτάζει. οὕτω δὲ Σώφρων ἐχρήσατο.

† 44.

Schol. Aristoph. Lysistr. 17 Κνπτάζειν ἐστὶ περὶ τι πονεῖν καὶ διατρίβειν· κομψῶς δὲ τῆ ἀμφιβολία καὶ χαριέντως ἐχρήσατο καθὰ καὶ Σώφρων

Ἐνθάδε κνπτάζουσι πλεῖσται γυναῖκες.

Tria haec fragmenta confusa in unum qui egregie corrupta singulorum uerba correxere Schneidewinus (Philolog. I, 588) et Nauckius (Philog. IV, 265) ita legenda esse censuerunt:

Ἄ δ' ἀμφάλιτα κνπτάζει ἐνθάδε κνπτάζοντι πλεῖσται γυναῖκες.

De obscenitate in eo abdita ambiguoque uerbo (ἀμφ' ἄλφια et ἀμ' γάλφια) inuoluta cf. dissert. meam p. 22. Ceterum κνπτάζειν uerbum, ut obiter moneam, fere semper cum praepositione περὶ (Plato Rep. 5,469 D; Aristoph. Nub. 509, Pac. 732, Lysistr. 17; Plut. Apophth. Lac. p. 229 A; Clem. Alex. Strom. I, 19,93) et uno tantummodo, quantum equidem scio, loco cum praepositione ἀμφί coniungitur (Clem. Alex. Paedag. 2,1,15).

† 45.

Plut. de ei ap. Delph. 5. T. II p. 386 D. Καὶ τοῦ εἶθε τὴν δευτέραν συλλαβὴν παρελκεσθαί φασιν οἷον τὸ Σώφρονος

Ὅμα τέκνων θῆν δευομένα.

Ὅμα ut Doricum sit (cf. Heindorf ad Theocr. 9,4) scripsi pro uulgata lectione ὅμα.

† 46.

Apoll. Dysc. de pron. p. 82 C Ἐμεῦ κοινή Ἰώνων καὶ Λωριέων. Σώφρων

Ἄκουε νῦν καὶ ἐμεῦ Ῥώγα.

× 47.

Apoll. Dysc. de aduerb. p. 580,31 Τὰ εἰς ὧς λήγοντα ἐπιρροήματα κοινολεκτούμενα δυοὶ τόνοις ὑποπίπτει ἢ γὰρ βαρύνεται ὡς κούφος ἢ περιέσπασται ὡς τὸ σεμνῶς. καὶ ἔτι παρὰ Λωριεῦσιν ἔνα ὀξύνεται ὥστε κατ' ἐγκλισιν ἀνεγνώσθη

Ἡ ῥα κάλως ἀποκαθάρασα ἐξελεπύρωσεν.

Haec uerba, quae Sophroni tribui cum Bastio, Schaefero (ad Greg. Cor. p. 343), Gryvaro, Ahrensen de homine dicta esse crediderim, quem mulier omni pecunia probe emunxit. Similiter fere dixit Alciphron de meretrice 1,6 ἢ ἀναλοῖ χαρῦβδεως δίκην et Plautinus ille senex Nicobulus (Bacchid. 5,1,15 cf. 4,4,50): Miserum me auro esse emunctum.

× 48.

Apoll. Dysc. de adu. p. 604,6 Τὰ τῶ ὁ παρεδρενόμενα παρὰ Λωριεῦσι τῶν ἐπιρροημάτων ἀπειρακίς ἐν ἀποκοπῇ γίνεται τοῦ θεν καὶ ἐν μεταθέσει τοῦ ὁ εἰς ὦ καθὼς προείπομεν αὐτόθεν

Ἀντῶ ὀρῆς. Φύσκα.

Eadem uerba exstant apud eundem p. 623,2 et quod tum hoc tum illo loco Sophroneum fragmentum (25), quamuis non addito scriptoris nomine, protulit haec uerba Sophronis esse uerisimile est. De *αὐτῶ* cf. Intpp. ad Theocr. 11,14.

\* † 49.

Etym. M. p. 197,55 *Σώφρων καὶ Ἐπίχαρμος* [fr. 80 p. 109 Polman] *τὸ βαπιάζω βιπιάζω λέγουσιν.*

Vocem *βιπιάζω*, eandem quam *ἐπιβάπτειν* teste Hesychio s. u., inductas a Sophrone ex more suo mulieres, omnes omnia uitiose pronunciantes, usurpasse haud inepte contendisse mihi uidetur Valckenarius p. 201.

\* † 50.

Schol. Aristoph. Pac. 28. *Γογγύλη* [*Ὡς τῶν γυναικῶν ἐπιμελέστερον ἐαντιᾶς τριβουσῶν ὥστε μὴ διακεχύσθαι τὴν μάζαν διὰ τὸ αἰριπιον εἶναι ἀλλὰ συνεσιράφθαι. παραιτηρήθη δὲ ταῦτα καὶ Σώφρων.*]

## B. Virilium mimorum reliquiae.

### a) Mimorum certo nomine ornatorum reliquiae.

#### I. [*Ὁ ἄγγελος.*]

(De mimi argumento cf. dissert. meam p. 14 sq.)

\* 51.

Schol. German. in Arat. Phaen. p. 36 Buhle. Non solus autem ita coepisse uidetur Aratus, sed et Crates comicus a Vesta incipiens profari carmina et Sophron in mimo qui Nuncius scribitur a Vesta incipiens: Omnes inuoco Deos, Iouem autem maxime.

His uerbis ut plana subiiciatur sententia, cum non a Vesta sed ab Ioue ducatur mimi initium, non solum Meinekio duce (Fragm. com. gr. II, 1 p. 251) uerba illa „a Vesta incipiens“ delenda, sed etiam uerba „et Sophron-maxime“ post uocem „sed“ inserenda esse arbitror.

#### II. *Ὁ ἀγροιώτης.*

(De huius et de sequentis mimi argumento cf. dissert. meam p. 15.)

\* 52.

Athen. VII 309 C *Νουμήνιος δ' ἐν Ἀλιευτικῶ ἀντιὸς [τοὺς κωβιούς] κώθους καλεῖ. καὶ Σώφρων ἐν τῷ Ἀγροιώτῃ Κωθονοπλῦται φησί.*

Hanc uocem explicauit sine dubio Apollodorus in commentariis suis Sophroneis, si recte huc traho quae paullo post attulit Athenaeus *Σικελιώται δ' εἰσὶν οἱ τὸν κωβιὸν κώθωνα καλοῦντες ὡς φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος.* De gobio, uilissimo pisciculo, cf. Intpp. ad Iuuen. 11,37, Harduin. ad Plin. H. N. 9,56,83.

#### III. *Ὠλιεὺς τὸν ἀγροιώταν.*

53.

Athen. VII 288 A. *Βλέννου μέμνηται Σώφρων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὠλιεὺς τὸν ἀγροιώταν Βλέννω φηλαμόνι.*

De blendio, herbidum mare incolere amanti (Oppian. Hal. 1,109), cf. Plin. H. N. 32,9,32; Etym. M. 192,52.

† 54.

Athen. VII 287 C Ἐπίχαμος βαμβραδόνας αὐτὰς [τὰς βεμβράδας] καλεῖ καὶ Σώφρων ἐν ἀνδρείοις·

Βαμβραδόνι ῥαφίδι.

Hoc fragmentum huic mimo non inseri modo, sed coniungi etiam cum antecedenti ita potest:

Βλέννω θηλαμόνι, || ῥαφίδι βαμβραδόνι

ut euadant Sophronia illa membra rhythmica et homoeoteleuta, de quibus cf. dissert. meam p. 30 sq. De piscibus βεμβράδες uocatis cf. Intpp. ad Aristoph. Vesp. 493.

§ 55.

Athen. III 86 A de conchis disputans: Ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὠλιεὶς τὸν ἀγροιώταν Σώφρων χηράμβας ὀνομάζει.

#### IV. Ὁ θυννοθήρας.

(De argumento cf. dissert. meam p. 15 sq.)

Athen. VII 406 D. Καρχαρίας] Σώφρων θυννοθήρα·

Ἄ δὲ γαστήρ ὑμέων καρχαρίας, ὄκκα τινὸς δῆσθε.

Hoc fragmentum ab Athenaei librariis et editoribus ualde uexatum, primus restituit emendata Mss. corrupta lectione θυννοθηραία et ὁ κάτινος Bentleius Opusc. p. 527. De interpretatione ualde fluctuabant uiri doctissimi. Dalecampius enim uertit: Venatur alius thynnos uestra, carcharia cane uobis opus est, et Villebrunius: Votre ventre ne demandait que du thou, tandisque celui-ci s'occupait à manger du requin. Equidem salse hoc loco locutum esse arbitror Sophronem, quare uocem καρχαρίας nominatiuum, non genetiuum, uel, quod Casaubono in mentem uenit, accusatiuum pluralis esse existimo. Quum enim καρχαρίας uorax piscis sit (cf. Plin. H. N. 9,35,35) piscatorem uerba illa, ut filiorum fortasse notaret uoracitatem, protulisse pro certo habeo. Ὄκκα scripsi pro uulgata lectione ὄκα, quod ὄκα ponitur a Doribus pro ὄταν et conditionem significans cum coniunctiuo coniungitur, contra ὄκα ponitur pro ὄτε et aduerbium temporis est (cf. Aristoph. Ach. 719, Lysistr. 1251 et Wuestem. ad Theocr. 1,87). Ἀῆσθε autem coniunctiuum esse uerbi δεῖ probauit Ahrens, cui addas Dindorf ad Aristoph. Ran. 264.

57. 58.

Etym. M. p. 121,29 (coll. p. 423,24; Eustath. ad Jl. p. 234,10, p. 933,41; Cram. An. Ox. I, 167,16; 211,23; An. Par. III, 320,2) Ἔστιν εἶω διὰ τῆς εἰ διφθόγγου σημαῖνον τὸ πορεύομαι ὡς παρὰ Σώφρωνι (ἐν θυννοθήρα Etym. M. p. 423,24) ὄϊον·

Ἐγκίκρα ὡς εἶω

ιουτέσσι κέρασον ἵνα πορευθῶ.

De coniunctiuū forma εἶω ab ἰέναι ficto cf. Ahrens p. 340 et de uerbo κικράν eundem p. 346.

Huic fragmento addi fortasse possunt Athenaei uerba 7,309 C. Καὶ τὸν τοῦ θυννοθήρα δὲ τῶν ἴσως ἀπὸ τούτου (sc. τοῦ κόθου) Κωθωνίαν προσηγόρευσε Σώφρων ita ut pater anteaquam eat piscatum his uerbis compellauerit filium:

Ἐγκίκρα ὡς εἶω, Κωθωνία.

59.

Etym. M. p. 572,42 Λογγάδες] τὰ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν λευκά. εἴρηται δὲ . . . ἢ ὅτι λοξοῦνται ἐν τῷ βλέπειν κατὰ τὰς ἐπιστροφάς. Σώφρων ἐν θυννοθήραϊς (sic! cf. dissert. meam p. 15).

Λοξῶν τὰς λογάδας.

Eadem uerba exstant in Cram. An. Ox. III, 69,5 ubi Cod. Bodleianus Meermannii uitiose exhibet *λαγάδας*. Ambiguitatem quandam uariis commotus uocis *λογάδες* notionibus utrum Sophron protulerit neene uix contendere ausim.

† 60. 61.

Athen. III 89 A. Ἀπολλόδωρος δ' Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος προθρῆεις τὸ Ἀιχνοτέραν τῶν πορφυρῶν φησὶν ὅτι παροιμία ἐστὶ καὶ λέγει ὡς μὲν τινες ἐπὶ τοῦ βάρματος· οὐ γὰρ ἂν προσψανάσῃ ἔλκει ἐφ' ἐαυτὸ καὶ τοῖς προσπαρεθεμένοις ἐμποιεῖ χροῦματος ἀγῆν ἄλλοι δ' ἐπὶ τοῦ ζώου.

Athen. VII, 281 E (coll. Etym. M. p. 72,50; Cram. An. Par. IV, 6,27) Ἀπολλόδωρος δ' Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Σώφρονος τῷ εἰς τοὺς ἀνδρείους μίμους προθρῆεις τὸ Καταπυγοτέραν τ' ἀλφησιῶν φησὶν ἰχθῦς τινες οἱ ἀλφησιαί, τὸ μὴν ὄλον κροσειδεῖς πορφυρίζοντες δὲ κατὰ τινα μέρη. φασὶ δὲ αὐτοὺς ἀλίσκεσθαι σύνδου καὶ φαίνεσθαι τὸν ἕτερον ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κατ' οὐρὰν ἐπόμενον. ἀπὸ τοῦ οὖν κατὰ τὴν πύγην θαιτέρῳ τὸν ἕτερον ἀκολουθεῖν τῶν ἀρχαίων τινὲς τοὺς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς οὕτω καλοῦσιν. Duo haec fragmenta cum Sophronem duo plurane prouerbia coniunxisse constet (cf. dissert. meam p. 24) praeuente Ahrensi in unum coacta legas:

*Αἰχνοτέραν τῶν πορφυρῶν, καταπυγοτέραν τ' ἀλφησιῶν.*

De primo prouerbio ducto sine dubio ab edacitate purpurarum, de qua cf. Plin. H. N. 9,37,61, adeas Erasmi Chil. adag. II, 3,84 p. 414, et de alterius prouerbii uoce *καταπυγόν* cf. Cael. Rhodigin. Antiq. lect. 2,40 p. 87 ed. Basil. 1517 et Intpp. ad Pers. sat. 2,33.

† 62.

Athen. VII 286 D, 323 A. Σώφρων δ' ἐν μίμοις ἀνδρείοις βότιν καλεῖ τινα ἰχθῦν ἐν τοῦτοις·  
*Κέστραι βότιν κάπτουσαι.*

καὶ μήποτε βοιάνην τινα λέγει.

De his piscium generibus cf. Intpp. ad Nic. Hal. 1,103.

† 63. 64.

Athen. VII 324 D Σώφρων δ' ἐν τοῖς ἀνδρείοις τριγόλας τινὰς ἐν τοῦτοις ὀνομάζει·  
*Ἔτριγόλα ὀμφαλοτόμου' καὶ Ἔτριγόλαν τὸν εὐδιαῖον.'*

De nullis cf. not. ad fr. 13.

† 65.

Athen. III 86 A. Παρὰ Σώφρονι δ' οἱ κόγχοι μελαινίδες λέγονται·

*Μελαινίδες γὰρ τοὶ νησοῦντι ἐμὴν ἐκ τοῦ μικροῦ λιμένος.*

De Syracusarum portu paruo, qui uicium Achradinam et Ortygiam paeninsulam dirimit, quique hoc tempore putatur praestantissimus cf. Clueneri Sic. ant. I, 13 p. 168, Goeller de situ et origine Syrac. p. 72, de Borch Lettres sur la Sicile et l'île de Malthe. A Turin 1782. T. I p. 137 sq.

✕ † 66.

Etym. M. p. 254,53 (coll. Zonar. s. u. δέλεαρ, Eustath. ad Odys. p. 1721,1) *Δελήτιον τὸ δέλεαρ. Σοφοκλῆς ἔχει τὸ δελήτιον ἢ Σώφρων.*

Verba *ἔχει τὸ δελήτιον*, quae Heathius (Notae siue lect. ad trag. graec. uet. Oxonii 1762 p. 111<sup>b</sup>) Sophoclea habuit, ego cum Ahrensi tribui Sophroni et cum de piscatoribus hoc in mimo sermo sit huc retuli.

† 67.

Herodian περὶ μον. λεξ. p. 10,32 de Doriensibus formis *Πασειδῶν* disputans Σώφρων δὲ τὴν κληρικὴν ἔφη·

*Ποτίδα? δραστοχεῖτα?*

De uocatio *Ποίδα* cf. Mein. Fr. com. gr. II p. 482 et Ahrens p. 244. Corruptam uocem *δραστοχεΐα* Ahrensius in Hesychii uerbis s. u. *φῦκος* innixus emendauit *πρασοχαΐα* siue *πρασιοχαΐα*. Quid si scriberes *δασυχαΐα*?

\* † 68.

Athen. VII 312 C. *Ἐπίχαμος δ' ἐν Μούσαις χωρὶς τοῦ ὁ μυραΐνας καλεῖ ὁμοίως δὲ καὶ Σώφρων.*

De uoce *μύρανα* pro *σμίρανα* posita cf. Boden ad Achill. Tat. 1,18 p. 94 et Ahrens p. 110; de muraenis hodie etiam in Sicilia acceptissimis (Mongitore Della Sicilia ricercata 4,24 T. II p. 84 sqq.) cf. Intpp. ad Hor. sat. 2,8,42.

\* † 69.

Athen. III, 91 B *Μνημονεύει δὲ καὶ τῶν σπατιάγων ὁ Σώφρων.*

De *σπατιάγαις* quas Romani uocant echinos cf. Intpp. ad Plin. H. N. 9,11,14, ad Hor. epod. 5,28, sat. 2,8,52.

### V. Παιδικὰ ποιγύξεις.

(De argumento cf. dissert. meam p. 17.)

70.

Athen. VII 324 E de *τριγλαῖς* disserens uariasque Sophronis reliquias laudans addit *Ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ Παιδικὰ ποιγύξεις φησί*

*Τρίγλας μὲν γέννηον, τριγόλα δ' ὀπισθίδια.*

† 71.

Athen. VII 324 F. *Τρύφων φησὶν ἐν τοῖς περὶ ζῴων τὸν τριγόλαν τιὰς οἶεσθαι κόκκονγα εἶναι διὰ τὸ ἐμφορὲς καὶ τὴν τῶν ὀπισθίων ξηρότητα ἣν σεσημείωται ὁ Σώφρων λέγων*

*Τρίγλας μὲν γε πίονας, τριγόλα δ' ὀπίσθια.*

De nullis barbatis cf. not. ad fragm. 13.

### VI. Προμαθεύς.

(De argumento cf. dissert. meam p. 19.)

\* 72.

Bekk. An. Gr. I, p. 85,24 *Βλενὸν τὸν νοσῆ καὶ μωρὸν Σώφρων Προμηθεῖ.*

De uoce *βλενός* a Sophrone *βλενός* scripto cf. Ruhnken. ad Tim. p. 156 a.

b) *Mimorum certum nomen non prae se ferentium reliquiae.*

73.

Etym. M. p. 737,2 *Σύφαρ* ] *Οὐχ ἀπλῶς τὸ γῆρας ἀλλ' ὡς ἐπιγέννημα γῆρας καὶ τῆς ἐσχάτης ἡλικίας τὸ κατεροσσωμένον τιντέσι τὸ δέσμα. καὶ Σώφρων ἐν τοῖς ἀνδρείοις δεδήλωκε μίμοις εἰπών· Τί μὲν ξύσιλος; τί γάρ; σύφαρ ἀντ' ἀνδρός. ἐν τούτοις γὰρ τὸν ἀνακρινόμενον γέροντα ξύσιλον παίζων εἶρηκεν ἀπὸ τοῦ κνᾶσθαι καὶ ξύειν τὸ δέσμα· κᾶπειτ' ἀποκρινόμενον σύφαρ ἀντ' ἀνδρός τιντέσι δέσμα ψιλὸν ὡς τῶν ἄλλων ἤδη δεδαπανημένων.*

In Sophronis uerbis delendum esse uel interrogationis signum post *τί γάρ* positum uel uocabulum *ἀνδρός* nemo non intellegit. Scribas ut et interrogatio et responsio dilucide appareant:

*Τί μὲν; ξύσιλον; τί γάρ σύφαρ ἀντ' ἀνδρός.*

De uoce *σύφαρ* cf. Intpp. ad Callim. fr. 49 Bentl. p. 318 ed. Vltraiecti 1697; Bachm. ad Lycophr. 793.



74.

Apoll. Dysc. de pron. p. 72 C (coll. p. 25 B) de discrimine quod intercedit inter οὔτος, ὄδε, ἐκεῖνος disputans dicit Οὔτος πλησιάζειν κατὰ τὴν δειξίν. Σώφρων ἀνδρείοις·

Ὡ οὔτος, ἢ οἴη στρατείαν ἐσσεῖσθαι;

De locutione ὦ οὔτος Atticis quoque uel optimis scriptoribus cognita cf. Ruhnk. ad Tim. p. 199 not. 2, Heindorf ad Plat. Protag. p. 460, Lobeck ad Soph. Aiac. 89 p. 110 ed. II.

75.

Apoll. Dysc. de pron. p. 75 C. Ὁ δεῖνα παρὰ τοῖς Συρακουσίοις δίχα τοῦ α. Σώφρων ἀνδρείοις·  
Οὐχ ὀδεῖν τυ ἐπίαζε;

Scripti ὀδεῖν pro uolgari lectione ὁ δεῖν innixus in glossa Etym. Gud. p. 418,18 cf. Ahrens p. 277. Corruptam Apollonii librorum lectionem ἐπίαζε neque a Valckenario neque ab Ahrenso correctam mutauit in ἐπίαζε, cum non solum sequiores Atticos (cf. Mein. fr. com. gr. III p. 243) sed Dores quoque ea forma uerbi πιέζειν usos esse constet (cf. Theocr. 4,35).

76.

Apoll. Dysc. de pron. p. 127 B. Ὑμᾶς. Ἀωριεῖς ὑμέ. Ἀνδρείοις Σώφρων·  
Ἐμέ δ' Ἀρχωνίδας ἴαλλε παρ' ὑμέ.

De nomine Ἀρχωνίδας cf. Valcken. Annot. ad schol. Eur. Phoen. T. II p. 235 not. 68 ed. Lips. et de nominibus propriis in ὠνδᾶς, ὠνιδᾶς exeuntibus Lobeck Path. graec. serm. elem. T. I p. 277 sq.

77.

Poll. IV 174 Οἱ γε Ἀωριεῖς ποιητὰ τὴν λίτραν ποιεῖ μὲν νόμισμά τι λεπτιὸν λέγουσιν οἶον ὅταν Σώφρων λέγῃ ἐν τοῖς ἀνδρείοις·

Σῶσαι δὲ οὐδὲ τὰς δύο λίτρας δύναμαι.

ποιεῖ δὲ σταθμὸν τινα ὡς Αἰνόλοχος ἐν Μηδείᾳ.

Non Deinolochum modo, sed Sophronem ipsum quoque uoce λίτρα usum esse edocet nos fr. 148 infra allatum. De libra (λίτρα) cf. Ahrens p. 391 not 11, Boeckh Metrologische Untersuchungen p. 292 sqq.; Hultsch. Metrolog. p. 206. 290.

\* 78.

Harporation s. u. πώλας (coll. Suid. et Phot. s. u.) Ἀντὶ τοῦ πράσις. Ἔστὶ τοῦνομα καὶ ἐν τοῖς Σώφρονος ἀνδρείοις.

### C. Sedis incertae reliquiae.

79.

Demetr. de elocut. § 151 Ἐχονσὶ δέ τι στώμνον καὶ ἀλληγορία τινὲς ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν γερόντων·

Ἐνθάδε ὧν κήγῳ παρ' ὑμέ τοὺς ὄτριχας ἐξορκίζομαι πλόον δοκάζων· πόντιαι γὰρ ἤδη τοῖς ταλικοῖσδε ται ἄγκυραι.

